

Nam in multa reuerentia ipsum apostoli habuerunt. qz sicut dicit Ihero. ipsum in episcopum iherosolimis elegerunt. Et sicut dicit anacletus papa. et habet in decreto. Petrus iacob maior et iohannes ipsum ordinauerunt et consecrauerunt. Ipsius in reuerentia habuerunt iudei. qz sicut dicit egippus et iheronimus solus inter apostolos et hoc propter miram suam sanctitatem permittebat intrare in sancta sanctorum. non quidem ad immolandum. sed ad orandum. Ipsius namqz in reuerentia habuerunt singuli et vniuersi. qz sicut dicit Iheronimus de viris illustribus. tante reuerentie et sanctitatis in populo extitit. vt simbriani vestimenti eius certatim tangere cuperent. Marci. xj. Rogabat eum vt simbram vestimenti eius tangerent. et ideo apostoli omnes alij eum in tanta reuerentia habuerunt qd frater domini dicebatur. Et hoc triplici de causa. scz propter similitudinem. qz facie similitudinis fuit. et propter cognationem. qz et mater sua fuit soror matris xpi. et pater matris scz cleophas fuit frater Joseph qui fuit pater christi putatiui. Et propter sanctificationem quam habuit in utero. et sanctitatem quam habuit in mundo. Tercio commendabilis est quoniam in passione in tormento cum dicitur. Non timere serue meus Jacob. Minus dicit et plus significat. qz non tamen non timuit sed in passione sua stans fuit. Ipsa autem eius passio commendabilis fuit quantum ad quatuor. Primo quidem habuit acerbissimam in pena. qz fuit de pinnis templi precipitatus. deinde lapidatus. deinde exercerebratus. Et sicut dicit Ihero. vnus ex iudeis cum parica fullonis cerebri eius excussit. Secundo habuit sinceritatem in causa qz propter iusticiam fidei defendendam passus est. Nam cum iudei eum rogarent vt a iherosolymis populum reuocaret Ipse enim in altum ascendens dei filium esse professus. et ideo iudei indignati ipsum vt dictum est precipita-

uerunt et lapidauerunt dicentes. Lapidemus iacobum istum. Tercio habuit seueritatem in vindicta. Quia sicut dicit Iosephus. propter iniustam mortem iacobi factum est excidium in iherusalem. et dispersio iudeorum. Non tamen autem propter hoc sed maxime propter mortem christi Luce. xix. Non relinquent in te lapidem super lapidem qui non destruatur. Quarto habuit pietatem in veniam impetranda. Nam sicut dicit Ihero. cum fuisset precipitatus super genua percumbens eleuatis manibus dixit. Rogo domine dimitte eis. qz nesciunt quid faciunt. In hoc est imitatus est magistrum suum qui ait Luce. xxij. Pater dimitte illis qz nesciunt quid faciunt.

De sancto Philippo apostolo.
Sermo primus.

Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis Iohan. xxiij. Magne familiaritatis philippus cum christo fuisse videtur qui visionem patris petijt. quod quidem nullus apostolus vnquam petere ausus fuit. Circa hoc autem tria ponuntur. Primo namqz promissa eius pia petitio in hoc quod patrem ostendi petijt. Petierant enim aliqui de apostolis secularem potentiam. Mar. x. Da nobis vt vnus ad dexteram tuam. et alij ad sinistram sedeamus in gloria tua. Quidam futurorum scientiam Matth. xxij. Dic nobis quoniam hec erunt etc. Quidam inimicorum vindictam. Luce. ix. Vis dicimus vt ignis descendat de celo et consumat illos. Philippus autem non petijt secularem potentiam que brevis est. Ecci. x. Omnis potentia brevis vita. Nec futurorum scientiam. qz curiosa est. Roma. xij. Non plus sapere quod oportet sapere etc. Nec inimicorum vindictam. quia prohibita est. Matth. v. Diligite inimicos vestros etc. Sed petijt paternam visionem. qz eterna beatitudo est.

Sciebat enim q̄ in paterna visione est
summa iocunditas. ps. Adimplebis me
iusticia cuꝝ vultu tuo. Est plena satietas
ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua
Est eterna felicitas. Johan. xvi. Nec est
vita eterna vt cognoscant te solum verū
deū. Sec̄do ponit in philippo benigna
meditatio. Os̄tēdit nāq̄ philippus xpm̄
inter nos et patrē esse mediatorem. a quo
sibi ostendi petijt patris visionem. Olim
quidem de patre tria erant abscondita et
ignota sc̄z eius sapiētia Job. xxviii. Sa
pientia vbi inuenit et quis est locus intel
ligentiē. Misc̄dia eius. Job. xxx. Ego et
non respicias me. muratus es mihi in cru
delem. Facies eius Deut. xxxij. Abscon
ditam faciem meam. Ch̄istus autem
mediatorem se fecit vt paternā sapiētiā
nobis reuelaret. Mat̄xi. x. Nemo nouit
filium nisi pater. nemo patrem nouit nisi
filius. et cui voluerit fili⁹ reuelare. Ut pa
terne misc̄die nos reconciliaret Rom̄. vi
Cum enim inimici essemus deo reconcili
ati sumus ei p̄ mortem filij eius Ut pa
ternam visionem nobis ostenderet. Ideo
dixit philippus. Domine ostende nobis
patrem et sufficit nobis. Non autem illā
visionem petebat que est p̄ creaturarum
speculationem q̄ obscura est. Ro. i. Inui
sibilia em̄ ipsius a creatura mūdi. nec
illam que p̄ fidem videt q̄ imperfecta est
i. Cor. xij. Ex pre enim cognoscimus et
ex pre p̄plexamur. nec illaz que videt p̄
contemplationem q̄ p̄mixta est. Contempla
tio enim nostra non habz plenam delecta
tionē p̄pter corporis corruptionē Sap. ix
Corpus qd̄ corūp̄t aggrauat animam
Sed petit paternam visionem que erit in
patria que nihil habebit obscuritatis. q̄
clarissima est. i. Cor. xij. Videmus nūc
p̄ speculum in enigmate. tunc autē facie
ad faciem. Nihil imperfectiōis q̄ suffici
entissima est. Ibidē. Cum venerit quod
perfectum est euacuabit quod ex parte est

Nihil admixtionis. q̄ tota suauissima ē
Isa. li. Gaudium et leticiam obrinebunt
Et fugiet dolor et gemitus. Tercō in patre
notatur omniū bonorū sufficiens et plena
perfectio. cū dicit. Et sufficit nobis. Vere
sufficit q̄ in paterna visione omnia bona
habent. Unde cū moyses faciem dei sibi
pereret ostendi. Dominus ei r̄ndit. Ego
ostendā tibi omne bonū. vt habet Exodi
xxxij. Et quo colligit q̄ ex paterna visi
one omne bonū habet. Omne autē bonū
tria importat. s. omniū bonorū p̄gregatō
et possessionem. Sap. vij. Veniūt mihi
omnia bona pariter cum illa. Omniū cō
gregatō fruitionem Ihre. xxx. reueret
iacob et quiescet et cūctis affluet bonis.
Fructuorū p̄tinuatōnem. ps. Videas bōa
iherusalem omnib⁹ dieb⁹ vite tue Eccle.
xxx. Stabilita sunt bona illius in dño.

P De eodem Sermo. ij.
Philippe qui videt me. videt et
patrē meū. Ceteris apostolis ta
centibus et patrem sibi ostendi
petere non audientib⁹ philippus sumpta
fiducia petijt dicens Dñe ostende nobis
patrem et sufficit nobis. Ch̄istus autem
verbum p̄positum sibi respondit. De isto
autē philippo tria preconia repiunt. que
sunt maxima. Primum est q̄ fuit multe
sanctitatis. Sunt enim tria signa p̄fecte
sanctitatis. s. dñe inspiratōni p̄fecte obe
dire et velociter. tempestiue penitentia in
choare. et dona recepta alijs cōmunicare.
Sic et ipse philippus diuine inspiratōni
et vocatōni velociter obediuit. Nam cum
ch̄istus dixit ei. sequere me. p̄tinus est
secutus vt habet Johan. i. Et istud non
p̄cessit ex leuitate sc̄z cordis. sed ex bene
ficio gratie supioris Johā. iij. Spiritus
vbi vult spirat. Et virtute doctrine ette
rioris. Ecclesiastes. viij. Sermo eius po
testate plenus est. Et ex bona dispositiōe
hominis interioris. Isai. l. Dñs aperuit

mibi aures. ego autem non predicabo etc.
Secundo tempestiue penitentiam inchoa-
 uit. fuit enim vnus de primis apostolis q
 ad christum sunt conuerſi. Primo namq
 vocatus est andreas. secundo petrus. tertio
 philippus. De isto triplici funiculo dicit
Johan. i. Erat aut philippus a bethsaida
 ciuitate andree et petri. Bethsaida interp
 ratur domus venatoru. De ista em domo
 pcesserunt isti tres animar venatores. Pe-
 trus aut interpretatur agnoscens. andreas
 ipse uirilis interpretatur. **P**hilippus ve-
 ro os lampadis. qz venator dei debet ha-
 bere diuinam sapientia. et magnanimē vi-
 tam et lucidā doctrinam. **T**ercio dona te-
 cepra nabanaeli pmunicauit. vt habetur
Johan. i. et Apoca. xxi. Qui audit dicat
 re etc. Ecdi. xi. Sapientia abscondita et
 thesaurus inuisus que uiriliter in vtriusq
Proverb. xi. Qui abscondit frumentum
 maledicet in populis. Ex quibz verbis ha-
 betur qz prelatus debet pmunicare subdi-
 tis et sapientiam per eruditionem et thesau-
 bonoz operum per exempli exhibitionem. et
 frumentum rez temporalium per submini-
 strationem. **S**ecundo fuit multe reuerē-
 tie et dignitatis que in quatuor apparet.
 Ipse enim primo fuit ostiarius christi. nā
 sicut dicitur Johan. xi. Gentiles quidā
 ad eum uenerunt dicentes. domine volu-
 mus thesum videre. Ex quo bene patet q
 in curia christi erat portarius insitutus. i.
Paralipo. xv. Filios ydithum qui inter-
 pterat transiliens fecit esse portarios. Et
 significat beatum petrum et beatum philip-
 pum. Ille enim omnem intellectū angeli-
 cum et humanum transiuit quādo dixit
Tu es christus filius dei uiui. Iste antez
 petijt illud scz q omnem intellectum tran-
 scendit cum dixit. Domine ostēde nobis
 patrem etc. **U**num ergo scz philippum fe-
 cit portarium in sua curia terrestri. Alium
 scz petrum fecit portarium in sua curia celesti
Secundo fuit mediator dei et populi. Ip-

se enim et andreas fuerunt mediatores in-
 ter xpm et gentiles vt eū viderent et agnos-
 cerent. iii. Reg. vii. **T**erunt portarij scilicet
 philippus et andreas et annūciauerunt in
 palacio regis intrinsecus. **T**ercio fuit ad-
 uocatus ceteris apostolici. Audierunt em
 apostoli a xpo q ascensurus erat in celū.
 et q missurus erat eis spūm sanctum et de
 eis nihil dicebant. Audierūt quoqz q pa-
 trem viderat. et de hoc plurimū mirabant
 nullus tñ interrogare ausus est. **P**hilip-
 pus aut tanqz omniū aduocatus petiuit
 dicens. Dñe ostende nobis patrem etc.
Si ergo ipse fuit aduocatus iudicibz se-
 culi et principibz celi. credendū est q mō
 sit aduocatus pro peccatoribus mundi.
Quarto fuit procurator totius collegij. de
 turba enim pascenda xps cum nullo pri-
 uilegio cum philippo dicens. **U**nde eme-
 mus panes vt manducent hī vt habetur
Johan. vi. Ex quo videt q in collegio
 xpi dispensator erat. Lu. xii. Quis putas
 est fidelis dispensator et prudens. Ipse em
 fuit fidelis. qz bona domi sui fideliter cu-
 stodiuit. **F**uit dispensator. qz ea sibi nō re-
 tinuit sed populo distribuit. **F**uit prudēs
 qz bona domum sui augere scuit. **T**ercio
 fuit cum xpo magne familiaritatis. **C**u-
 ius triplex est signum. **P**rimum qz fidu-
 cialiter grandia postulauit. **S**ignum ma-
 gne familiaritatis fuit. quando iohannes
 a xpo petiuit sibi reuelari pditorem suū.
Signū maioris familiaritatis fuit. quā-
 do scz petrus. iacobus et iohannes petierūt
 a xpo sibi reuelari aduentū suū. Matth.
xviii. Dic nobis quando fient hec etc. **S**i-
 gnum autem maxime familiaritatis fuit
 quando philippus a xpo petijt sibi reuela-
 ri patrem suū. **S**ecundū signum est.
 quando christus sibi secreta reuelauit di-
 cens. **P**hilippe qui videt me videt et pa-
 trem. Sapien. vii. In animas sanctas se-
 transfert. amicos dei et pphetas constituit.
In animam sanctā philippi se transfudit.

De Inuentione

quando sibi gratia infudit. Amicū eum
pstituit sc̄ quādo ei secreta sua reuelauit
Ac pphetas cōstituit qñ filiabo suis spm̄
pphetie dedit. **T**ercium signum est qz in
eadem cathedra. i. i. cruce eum sedere fecit
Hester. vi. Homo quem honozare cupit
rex debet imponi sup equū qui de sella res
gis est. Ceteri apli sedent in equo xpi.
qui p passionem triūphauerūt. Illi autē
sederūt in equo xpi et in eadem sella cristi
qui crucifiri fuerūt sicut **P**hilippus. qui
scdm̄ **I**si. fuit crucifixus. ij. **R**egū. xxiij.
Dauid sedens i cathedra sapientissimus
princeps inter tres. Tres nāqz sedentes
in cathedra crucis fuerūt petrus andreas
et philippus. sed christus sapientissimus
fuit. qz p crucem diabolū supauit.

De inuentione sancte Crucis. Sermo primus

Ostendit ei lig-
num. qd cum misisset in aquas
in dulcedinem uerse sunt **E**xod. v. Cum
popul⁹ israel p nimia amaritudine aquā
bibere non posset dñs moysi lignū ostē-
dit qd aquas amaras dulcorauit. **I**stud
ergo lignū significat crucem quam deus
sancte helene oñdit. qd lignum aquas tri-
bularōnū in pstantino dulcorauit. **P**ri-
o ergo ponit crucis miraculosa ostensio cū
dicit. Ostendit ei lignū. Scdo ponit oñse
crucis virtuosa opatio. cum dicit. qd cū mi-
sisset in aquas. **F**uit autem ostensa per
multa signa Quoz quedam fuerūt ante
inuentōnē et quedam in inuentōe. quedā
vero post ipsam inuentōnem. **A**nte inuen-
tionem tria signa fuerūt. **U**nū qz āgelus
in celo ipsam ostēdit pstantino. **A**liud qz
mirabilis claritas ipsam circūfulsit. **T**er-
cium qz litteris victorie inscripta fuit. sc̄
in hoc signo uincēs. **E**x his significat tri-
plex uirtus crucis. **P**rima ē qz angelus

Sancte Crucis

reparuit qd significat p hoc q angelus in
celo eam tā reuerenter ostendit **C**ol. i. ca.
Pacificans p sanguinē crucis eius. siue
que in terris sunt. i. homines. siue que in
celis sunt. i. angelos. **E**t in hoc fallit illa
regula que dicit qz postis duobus exte-
mis ponit et medium. **E**cce em̄ xps paci-
ficauit celum angeloz cum terra hominū
et tñ non pacificauit aerē demonū. **S**cdo
uirtus est qz mundū tenebrosū illumina-
uit. qd significat per hoc q cum splen-
dore apparuit. **A**pp. x. **U**idi alitē angelū
amicum nube et yris in capite eius. et fa-
cies eius erat ut sol. **I**ste angel⁹ fuit xps
qui ē amicus nube. i. humana carne qui
fuit insignitus yride. i. cruce que est signū
reconciliatōis **G**en. ix. **P**onam arcū meū
in nubibz etc. **Q**ui tanqz yris habuit colo-
rem rubrū p sanguinis effusione. aquē
p aque ex latere emanatōnem. uiridē ex
liuoz impressione. **F**uit etiā instar solis
lucidus. qz p crucem tenebras expulit et
mundū illuminauit. **T**ercia uirtus est qz
diabolū uicit et infernū expulit qd
significat p litteras victorie. **I**saie. xliij.
Infernus subitus p̄turbatus est in occur-
sum aduentus tui. **I**nfernus subitus ē lo-
cus damnatoz et iste fuit p̄turbatus. **I**n-
fernus uero supior. i. limbus par⁹ iste fu-
it letificatus. **I**nfernus quasi medius ē
purgatoriū et iste infernus fuit p̄fortatus
Scdo fuerūt quedam signa in inuen-
tione p que ipsa crux fuit inuenta sc̄ de-
uota oratio et terremotio et odoris emana-
tio. p que significat qz uirtus crucis per
tria obtinet. **P**rimo p instantiam orōnū
Und dicit **E**xo. xv. qz cum moyses ad deū
clamasset et orasset deus sibi lignum ostē-
dit **P**rouer. viij. **Q**ui mane uigilaueit
ad me inuenient me. **S**ecundo p p̄temp-
tum terretioz ut sc̄ affectus terrenozum
qui erat sursum in ratōne moueat et descē-
dat in sensualitatem et sic fiat quidā terre-
mor⁹ sensualitatis. p ea fiet trāquillitas